2370

ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subijciendo palam libere publicè ac per expressum
recognovit. Quia ipse Nobilem Stephanum Pustanowski
et ipsius posteros de Inscriptione Castrensi Capitaneali Zyda-
czowien. Reformatoria per Nobilem olim Andream Pusta-
nowski Nobilis olim Ilko Pustanowski filium olim Nobili
Manefiae Pustanowska Nobili olim Dmitr Pustanowski cum
Nobili Nastasia Sulatycka consorte eius legitima procreatae
filiae sui Recognoscentis sorori germanae super summas et
quidem primam Centum florenorum Polonicalium in Vim
dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum illius
importatae, alteram verò itidem Centum florenorum Poloni-
calium ratione dotalitij in Anno Millesimo Sexcentesimo
Quinquagesimo inscriptis, et super mediatate omnium bonorum
illius ad soluendam assecuratione facta et recognita nec non de
ijsdem summis utrisque ob sufficientem et plenariam sibi Re-
cognoscenti praestitam satisfactionem, summarumque supra-
scriptarum realem et effectiuam persolutionem Quietat,
emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronun-
tiat, Inscriptionem eandem Castren. Capitan. Zydaczowien.
Reformatoriam in toto et per omnia Cassat, mortificat, et
annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum per-
petuum imponendo silentium.

21/X

Feria Quarta post Festum Sancti Lucae Euangelistae proxima Anno Domini

Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Primo. 2371.

Jurzanski Jureckiemu obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Nobilis Georgius Jurzanski Zylowicz olim Nobilis Stephani Jurzanski Zylowicz filius sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet certam sortem se Recognoscentem post eundem olim Parentem suum, Jure Diuino et naturali successione inter alios consuccessores concernen incipiendo od Granice Krayskiey do Miedzy Gnosi Wyscowszczka se se extendentem, in bonis Villae Jurze Terrae vero et Districtu praesenti Premyslien consisten et iacen (excepto fundo cum Lania atque horto sibique Recognoscen in toto reseruatis) cum omni eorundem bonorum Jure Dominio proprietate titulo que obligatorio, cumque omnibus et singulis supra scriptorum bonorum Utilitatibus, fructibus, prouentibus, reditibus, commodis, emolumentis, obuentionibus, item agris pratis, campis, pascuis, hortis, pomarijs, syluis Borris, gajis nemoribus, indaginibus, rubetis vepretibus, Virgultis mericis, Lacubus, Paludibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Juris, Dominij, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se ...

suisq Successoribus, aut quopiam alio reservando seu exci-
piendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsemet
Recognoscens Nobilis Georgius Turzanski Zyłowicz tenuit ha-
buit et possidebat, ipsumq conservabant, ac eidem servie-
bant, Jam exnunc et defacto Generoso Michaeli Turecki et
ipsius Posteris in Summa Quinquaginta florenorum polon. per
se Recognoscen. de manibus eiusdem Generosi Michaelis Tu-
recki iam levata et percepta, hinc et ab actu praesenti ad
festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immedi-
ate venturum in Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo
Quarto proxime et immediate venturo incidenti, et in defe-
ctu proventus exemptionis summae supra scriptae Quinqua-
ginta florenorum polonicalium persolutionis, exnunc ad aliud
simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et
immediate venturum incidens, et sic consequenter de Trien-
nio ad Triennium, festo ad Festum Triennij et festi se
se continue et immediate sequentibus usq ad exemptionem
bonorum praefatorum, summaeq supra scriptae totalis et inte-
grae persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit, prout
obligat inscribit et invadiat per praesentes. In quibus quid
bona suprascripta praesentes obligata praemissaq omnia per praesentes
invadiata, idem suprascriptus Recognoscens Nobilis Geor-
gius Turzanski Zyłowicz, memorato Generoso Michaeli Tu-
recki Obligatario suo eiusq posteris, iam exnunc et de-
facto coram officio praesenti dat et admittit realem tu-
tam intromissionem et actualem pacificamq possessionem per
Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos, quos qua-
cunq voluerit officiose acceptandi. Per ipsum Generosum
Michaelem Turecki obligatarium suum, eiusq posteros

suppetita

supraseripta bona praesentibus obligata praemissaque omnia per praesentes inuadiata cum vniversis eorum vtilitatibus et vsufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi ac ad suos successionemque successorum quosvis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Georgius Zurnawski Zyborius, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis memorato Generoso Michaeli Pureckí obligatario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentibusque ipsum et eius successores in dictis bonis praesentibus obligatis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existentium exorienda, in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit fieri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non haec eadem bona praesentibus obligata, praemissaque omnia per praesentes inuadiata ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem bona obligata modo quocunque factis et faciendis, item etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona importatis et importandis, Lucris denique et Pertinentiis, Processibusque Iuris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus obligatis, modo quovis perductis et perducendis, evincere et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praesentem coram Officio

praesentibus

2374

praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum prae=
sentibus Obligatorum dum per Ministerialem et Nobiles
duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et te=
nebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque
et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum
eorum omnium quovis modo [illegible] per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire
nec adimere, ipsumque Obligatarium suum et ipsius posteros in prae=
missis omnibus praesentibus obligatis nullo modo inquietari, ita ut
eadem bona praesentibus obligata praemissaque omnia per praesentes inqua
dicta cum universis eorum utilitatibus et usufructibus.
Competentiisque et prerogativa quamvis is idem Obligatarius suus cum
suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Obligatoriae
vigore tenere habere et possidere queat illisque uti frui pot=
sit usque ad Exemptionem bonorum praefatorum Summaeque
superscriptae totalem et integram persolutionem dictique sub Vadio
Summae Quinquaginta florenorum polonicalium per eundem
Recognoscentem sive eius posteros praenominato Obligatario
suo, sive eius posteris ob non completionem praemissorum omni=
um et singulorum, tam in parte quam in toto toties quo=
ties opus fuerit ad solvendam succumbendo. Pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac re aliqua
principali ex praemissis non completa complenda Citatus ex i=
stens memoratus Recognoscens Nobilis Georgius Turzanski Ipse
tenetur aut eius posteris ad Instantiam praenominati Gnosi=
towski aut eius posteris ad Instantiam praenominati Gnosi=
Michaelis Turecki aut eius Successorum Ad Officium prae=
sens Castrense Capitaneale Premisliense, Termino recessui su=
prascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper
in primo

in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare, Van
parere respondere, Vadium praefatum luere Inscriptioni p
senti satis facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebi
tur seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et
obligat praesenti. Illum Terminum primum peremptorium
et alios exinde consequentes Causas eiusdem Terminos
semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, mino
rennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad eiuchrem vel alijs
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non dif
ferendo. Ad Quietationem vltra proximos Officij prae-
fati Castren Capitan Praemyslien Terminos, dilationem
sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac car
protectiones faciend, ac praemissa omnia pro nis simplicibus
vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris
praescriptione Terrestri belle, conuentioneq ac alijs omni-
bus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec
modo aliquovis euadendo. Hac sua praesenti personali
recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta post Festum sancti Lucae Euangelistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentmo Septuagesimo primo. 22/X

Terlecki Bereznickiemu Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren